

**ESERCIZIO 1 ► FUNZIONI DEL GENITIVO E DELL'ABLATIVO**

Completa le seguenti frasi, traducendo le espressioni sottolineate nel caso genitivo o ablativo richiesto dalla funzione sintattica.

1. *Plerique* ..... *verum non dicit.*  
La maggior parte di voi non dice la verità.
2. .... *non est irasci!*  
Non è proprio del saggio lasciarsi prendere dall'ira! (*sapiens, entis*)
3. *Frater meus* ..... *habetur.*  
Mio fratello è stimato moltissimo.
4. .... *liber emptus est?* .....  
A quanto è stato comprato il libro? A poco prezzo.
5. .... *est regere gentes.*  
È proprio dei Romani governare i popoli. (*Romani, orum, m.*)
6. *Alexander ceteros imperatores* ..... *superavit.*  
Alessandro superò in valore tutti gli altri comandanti. (*virtus, utis, f.*)

**ESERCIZIO 2 ► GENITIVO DI PERTINENZA, STIMA; ABLATIVO DI PREZZO, LIMITAZIONE**

Traduci le seguenti frasi.

- a. <sup>1</sup> *Vos semper domos, villas, commōda vestra pluris quam rem publicam fecistis.* <sup>2</sup> *Omnium hominum est errare, sed insipientis (est) perseverare in errore.* <sup>3</sup> *Agesilāus Lacedaemonius nomine non potestate rex fuit.* <sup>4</sup> *Puto te villam mirifica suavitate habiturum esse, palaestra et piscina additis.* <sup>5</sup> *Plerumque (avv.) homines divitias magni ducunt, multo pluris quam virtutes animi.* <sup>6</sup> *In pugna equitum opera plurimi fuit.* <sup>7</sup> *Est filii patris consiliis parere.* <sup>8</sup> *Athenis excellebat Aristides abstinentiā.* <sup>9</sup> *Vide ne tibi cunctatio magno constet*<sup>1</sup>. <sup>10</sup> *Ego tanti agrum meum vendidi, quanti tu tuum (vendidisti).*  
1. Il verbo *consto*, are «costare» è usato qui con l'ablativo di prezzo in senso figurato.
- b. <sup>1</sup> Talvolta cambiare opinione non è indice di incostanza, ma di saggezza. <sup>2</sup> Gli antichi giudicavano Omero il più grande di tutti i poeti. <sup>3</sup> I Romani ritenevano di essere superiori a tutti gli altri popoli per la lealtà e il coraggio. <sup>4</sup> Marco era stimato moltissimo perché era sempre pronto ad aiutare gli amici con la parola e le opere. <sup>5</sup> Ho informato<sup>1</sup> tutti che voi arriverete domani. <sup>6</sup> Marco aveva meno talento di Lucio, ma più umanità. <sup>7</sup> Ho comperato a caro prezzo un quadro di un grande artista. <sup>8</sup> Per eloquenza e cultura Cicerone fu superiore a tutti gli oratori della sua epoca. <sup>9</sup> La ragazza dagli occhi neri e i capelli biondi si chiama Tullia, supera tutte le sue compagne per velocità.  
1. Usa *certiorem facere*.

**ESERCIZIO 3 ► FUNZIONI DEI CASI GENITIVO E ABLATIVO SINORA STUDIAE**

Traduci le seguenti frasi, distinguendo le diverse funzioni del genitivo e dell'ablativo finora studiate.

- <sup>1</sup> *In rebus dubiis plurimi est audacia.* <sup>2</sup> *Senex canis capillis domo ad forum lento gradu procedebat.*
- <sup>3</sup> *Romanorum milites Germanorum corporum magnitudine perturbati sunt.* <sup>4</sup> *Oppidum Genua a Magone, Carthaginensium duce, dirūtum est.* <sup>5</sup> *Mardonius, natione Medus, regis Darēi gener, vir fuit manu fortis et consilii plenus.* <sup>6</sup> *Gravibus vitiis et malis moribus barbaros superamus.* <sup>7</sup> *Scipio Hannibalem apud Zamam magno proelio vicit.* <sup>8</sup> *Hannibālis animus nullo labore vinci poterat.* <sup>9</sup> *Victoria multo sanguine ac vulneribus Pyrrho stetit*<sup>1</sup>. <sup>10</sup> *Faber faciat parietes omnes ex calce et caementis.* <sup>11</sup> *Ignavi animi est molliā officia deserere.* <sup>12</sup> *Periculis aetate clari poetae Athenis floruērunt.* <sup>13</sup> *Captivi auxilio noctis ab oppido profugērunt.* <sup>14</sup> *Summa senectute M. Cato orationem in (= «contro») Galbam habuit.* <sup>15</sup> *Milites, cum ad flumen difficili transitu pervenissent, consistere coacti sunt.* <sup>16</sup> *Vos moneo, amici, ut forti atque parato animo sitis.* <sup>17</sup> *Flavia femina bonorum consiliorum est sed malae linguae.* <sup>18</sup> *Porum, Indorum regem, virum excelsa statura, elephantus eximio corpore vehebat.* <sup>19</sup> *Octavius, vir lenissimi animi, Cinnae iussu interfectus est.*

1. Il verbo *sto* seguito da un ablativo di prezzo significa «costare».



## Versioni

### VERSIONE 1 Breve ritratto di due imperatori

Nel 238 d.C. il senato elesse contemporaneamente imperatori Pupieno Massimo e Decimo Balbino, due benemeriti magistrati romani, per cercare di contrastare Massimino il Trace, imperatore deposto alcuni mesi prima ma che non aveva alcuna intenzione di lasciare il potere.

#### Costrutti notevoli:

- funzione del genitivo e dell'ablativo

*Sabinus<sup>1</sup> ita senatores monuit: «Senatus est rei publicae salutis libertatique magna cum cura providēre<sup>2</sup>. Quia igitur immīnet agmen Maximini, viri naturā furiosi, truculenti, immanis, statim faciamus duos (= «due») imperatores, ut unus<sup>3</sup> in urbe resideat et res domesticas curet, alter rebus bellicis consūlat<sup>2</sup> et cum exercitu obviam Maximini copiis pergat». Omnes senatores sententiae Sabini consensērunt<sup>2</sup> et imperium detulērunt Pupieno Maximo, maiori natu, et Balbino, vetustissimae familiae, rectori plurimarum provinciarum. Hic (= «a questo punto») de eorum moribus pauca dicemus.*

*Maximus fuit domi forisque<sup>4</sup> ita severus ut «Tristis» cognomen accepērit. Vultu gravis et severus, staturā procērus, corpōris qualitate sanissimus, moribus asperabilis ac tamen iustus neque umquam vel inhumanus vel inclemens. Itaque a senatu plurimi habebatur, sed populo magnum timorem inciebat. Balbinus, formā conspicuus, vestitu cultus, eloquentiā clarus, arte ingenioque poētas aetatis suae superavit. Bonitate, probitate ac verecundia sua ingentem amorem et populi et senatus sibi conciliavērat.*

1. Sabino è il senatore che aveva fatto la proposta. 2. I verbi *providēre*, *ēre*, «provvedere», e *consūlo*, *ēre* (r. 4), «badare», sono seguiti dal dativo; stesso costrutto presenta il verbo *consentio*, *ire*, «essere d'accordo con», «approvare» (rr. 4-5). 3. *Unus... alter*, «l'uno... l'altro». 4. L'espressione *domi forisque* significa «in casa e fuori».

### VERSIONE 2 L'imperatore Giuliano

Giuliano, nipote di Costantino, che regnò dal 361 al 363 d.C. e morì combattendo contro i Persiani, fu un uomo di grande cultura. Fu chiamato Apòstata («traditore») per aver rinnegato il cristianesimo e restaurato i culti pagani.

#### Costrutti notevoli:

- funzione del genitivo e dell'ablativo

*Iulianus ingenti apparatu Persis bellum movit. Nam putabat boni imperatoris esse hostes tam bellicosos non solum ex finibus imperii repellere, sed etiam in Romanorum dicionem redigere. Cum multa oppida et plura castella Persarum in deditionem accepisset vel vi expugnasset, castra stativa apud Ctesiphontem<sup>1</sup> aliquamdiu habuit. Sed Romam victor rediens, dum inconsultius proelio se insērit, hostili manu necatus est.*

*Vir egregius fuit, liberalibus disciplinis eruditus, litteris Graecis doctior quam Latinis, facundia ingenti et prompta, memoria tenaci; sapientiā et doctrinā aequales longe superabat. In amicos liberalis, comis in cunctos, gloriae avidior quam pecuniae fuit. Namque propter gloriam saepius animi immodici fuit, mediocrem habens aerarii curam.*

*A Christianis nihili habitus est et apostata cognominatus (est), quia mutavit religionem, qua (= «nella quale») puer institutus erat.*

1. Ctesifonte era la capitale del regno persiano dei Sassanidi.

### VERSIONE 3 La guerra civile fra Cesare e Pompeo

Eutropio traccia una concisa ma efficace descrizione dei momenti più drammatici della guerra civile combattuta fra Cesare e Pompeo.

#### Costrutti notevoli:

- funzione del genitivo e dell'ablativo

*Cum Pompeius senatusque totus atque universa nobilitas sub adventum Caesaris Roma turpissime fugissent et in Graeciam pervenissent, Caesar in urbem vacuum ab inimicis intravit et se dictatorem fecit. Postea Roma Hispaniam petivit ibique Pompei exercitus validissimos et fortissimos cum tribus (= «tre») ducibus, L. Afranio, M. Petreio, M. Varrone, superavit. Inde in Graeciam contendit ut adversus Pompeium pugnaret. Primo proelio victus et fugatus*

*est, tamen a Pompeio captus non est. Deinde Caesar et Pompeius, cum maximas copias produxissent, in Thessaliam apud Pharsalum dimicaverunt. Caesaris acies numero, non virtute, acie Pompei minor erat; nam Pompei exercitus plurimos pedites equitesque habebat, praeterea totius Orientis auxilia, totam nobilitatem, complures senatores, praetorios<sup>1</sup>, consulares<sup>2</sup>. Numquam Romanae copiae in unum locum neque maiores neque melioribus ducibus (= «sotto la guida di ...») convenērant. Acerrime utrimque pugnatum est, postremo Pompeius victus est et eius castra direpta sunt. Tum Alexandriam fugit ut a rege Aegypti auxilia acciperet, sed rex Pompeium occidit atque caput eius et anulum Caesari misit. Caesar, caput Pompei conspiciens, lacrimas effudit.*

**1.** Il termine *praetorius* indica gli ex pretori, ai quali, allo scadere del mandato, venivano affidati incarichi di comando. **2.** Il termine *consularis* indica gli ex consoli, ai quali, allo scadere del mandato, veniva affidata amministrazione di una provincia, in qualità di *proconsules* (proconsoli).